



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

8. Sterilitatis remedium oratio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

470 Cap. XXXVII. Cur Deus quosdam coniuges sinat esse steriles

S. Chrysost.  
hom. 49.

sterilitate, ac, vigesimo demum anno, id impetrasse. Isaac quippe duxit Rebeccam anno ætatis suæ quadragesimo, admodum, anno sexagesimo, genuit ex ea Iacob & Esau, ut & natus ait S. Pater, amulantes iustum, agnitus simus, in dinimis precibus, quando aliquid à Deo petierimus. Si enim iustus ille ita virtute preditus, & tantam apud Deum gratiam habens, tantam præfuita constantiam & studium, continuò Deum orandi, ita ut solueretur Rebecca sterilitas; quid dicemus nos, qui tantis peccatorum oneribus premimur? Sed et si parvo tempore studium aliquod & diligentius exhibuerimus, torpescimus, & refilimus, nisi statim exaudiatur.

VIII.

1. Reg. 3. 10.

Luc. 1. 11.

IX.

Existimant Hebrei, Rachelem, cùm diceret ad Iacob, Da mihi liberos, ad Isaac & Rebeccam allusisse, vt sensus sit: Da mihi liberos, sicut dedit Isaac pater tuus Rebeccæ, precibus scilicet suis impetrando, vt Rebecca fæcunda esset. Itaque ora, ad eum modum, mecum & tu, Iacob, exemplo parentis tui. Nam Rachelem orasse, feminā tam piam, dubium non est, sed volebat habere maritum vñā precantem, vt duos Deus citius exaudiret. De Anna quis nescit? quæ cùm esset amaro animo, oravit ad dominum flens largiter, & votum votum dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famula tua, & redaratus mei fueris, nec oblitus ancille tuae, dederisq; seruitus sexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vita eius, &c. Ad hunc modum illa multiplicauit preces: quibus & Heli suas adjiciens dixit: Deus Israël det tibi petitionem tuam. Zacharia item non nisi in templo oranti, & incensum ponenti apparuit Angelus, filiumque promisit. Ac, ne quis nesciat, eum tunc à Deo filium poposcisse, perspicue id Angelus indicauit illis verbis; Nominas, Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & uxori tua Elisabet pariet tibi filium. Hac ergo erat eius apud Deum deprecatio. Audite hæc, qui tantopere filios desideratis. Filia Deo, precibus & diuinis laudibus, non blasphemis, non impatientijs, non incantationibus magorum impetrantur. Faciente debent Orciniana remedia, apud eum, qui è cælo auxilium expectat.

Vult autem & sanctos suos Mundi Gubernator, his beneficijs largiendis, illustrari. Extant plurimæ, in probatis auctoribus,